

DE PRIMO HOMINE ADAM ASSER-

TIONES THEOLOGICAE PVBLICE IN SCHOLA

Theologorum ipsis Nonis Nouembriſ hora octaua diſputanda, præſide quidem Reuerendo patre

D. Hermanno Thyrao, deſenſore uero Iohanne Hauſſino Flandro artium liberalium

Magiſtro ac S. S. Theologiæ Baccalaureo.

Deus omnium rerum principium, teſtibus ſcripturis, nihil ſibi coeternum habet non cœli, non terram, non materiam, non aliquid aliud. Quare neceſſariò primus homo aliquis fuit, ante quem nullus.

2 Res autem neq; ex materia præiacente facta, ſed ex nihilo, neq; ſimul (quamuis Deus potuerit) ſed per temporum interualla.

3 Productis atq; perfectis ante ijs quæ ad noſtros facta ſunt uſus, Cœlo, Elementis, horumq; ornatu pulcherrimo, ſimulachrum ſui ſenſibile atq; intelligens figurauit, ab humo Latinis hominem, à terra rubra Hebræis Adam nominatum.

4 Vt de hoc ordine quodam nonnulla ad diſceptandũ proponantur, primum de eius anima, dein de corpore, poſtremo de anima & corpore ſimul, Theſes conſtituemus.

5 Anima non de Dei natura decerpta, quod mutationis capax non ſit, ſed de nihilo facta, Nec corporea (ut Tertullianus exiſtimat) ſed incorporea, ut ſcripturae oſtendunt, ſpiritum eam appellantes.

6 Hæc Angelis intellectu, potentia, uoluntate, natura impar.

7 Ac nõ cum Angelis (ut Origenes opinatur) ante formationem corporis, ſed ſexto die quo corpus, creata.

8 Animæ inſignia imago et ſimilitudo Dei.

9 Adam fuit Dei (inquit Lucas) uolens eum à Deo factum.

10 Chriſtus etiam eſt Dei ſed aliter quam Adam, eſt enim imago Dei expreſſa quæ Deus, & ad imaginem factus, quæ rationalis & homo. Adam autem ad imaginem non imago.

11 In paradifo gratiam ſpiritus ſancti ac uirtutes habuit.

12 Quin & ſtatim in exordio creationis ea accepit.

13 Nec propterea gratia hæc illi naturalis, quemadmodum nec humanitati Chriſti unio diuine perſonæ.

14 Gratia non ad tollendum, quũ nullum adhuc eſſet, ſed ad impediendũ peccatũ deificandumq; ſine omni merito data, ut mereretur per hanc gloriam cum animæ tum Corporis.

15 Non ſolum gratia uerum etiam plurimarũ cognitione rerũ præditus fuit.

16 Diuinam tamen eſſentiã non uidit, quamuis Dei longè maiorem cognitionem quam nos nunc temporis habuerit.

17 In ſopore diuinitus immiſſo multa Dei ſecreta didicit.

18 Fidem habuit quia uiator fuit & Deo placuit, ſine fide autem impoſſibile eſt Deo placere.

19 In uariis naturalium cognitione omnibus philoſophis facile anteiuit, cuncta animalia, nominibus naturæ cuiuſq; conuenientibus cognominans.

20 Liberum arbitrium & uoluntas ei fuit, hæc quæ uellet bonum & finem, illud quo eligeret de medijs quæ placuiſſent.

21 Per liberum arbitrium mandatum cuſtodire atq; tranſgredi potuit, ut & tranſgreſſus eſt, ſine gratia tamen nec bonũ uolens nec legem obſeruans gloriammeruiſſet.

22 Gratia quamuis magnum adiumentũ ad euitandũ peccatum attulerit, non tamen confirmauit uti peccare non poſſet.

23 In homine cœleſtia terrenis, ſpiritalia corporalibus, ima ſummis coniunguntur.

24 Qui animam inſpirauit is corpus quoq; ſolus ſine Angelorum adiutorio fecit niſi uocetur adiutorium congregatio materiæ ſicut cinerũ in reſurrectionem.

25 Vt illa corporis figuratiõnem non præceſſit, ita nec hoc illius creationem, teſte Gregorio Nyſſeno.

26 Moyses quando noſtræ intelligentiæ ſe adtemperans ait poſt corporis formationẽ. Et inſpirauit in illum ſpiraculum uitæ, hoc oſtendit in corporis & animæ ſubſtantia factum hominem, è quibus corpus quidam de limo terræ ſumptum, anima uerò de nihilo, à Deo Opt. Max. creata.

27 De limo terræ corpus dicitur factum, nõ quod cætera elementa à compoſitione abſuerint, ſed quia maiori terræ quantitate conſtat.

28 Mortalis conditione corporis, immortalis beneficio creatoris.

29 Vt ſufficienti cognitione intellectus, ſic corpus iuſta quantitate & fortitudine dotatum.

30 Negata corpori arma & tegumenta, quod nõ indiguerit in innocentia, collocatus in Paradifo nulli iniuriæ obnoxio, quorum etiam loco ratio & manus tributa, quibus & neceſſaria multifariam comparafſet iuxta multifarios rationis cogitatus.

31 Statura erecta ut ſe ad cœleſtia natum cognoſceret.

32 Nobiliſſimum animantium quod trinitatis ſanctiſſimæ conſilio conuocato conditũ eſt, quemadmodũ ſcripturæ ſacræ uerba oſtendunt, faciamus hominem ad imaginem &c.

33 Intelligens cũ Deo, & Angelis, ſentiens cũ animalibus, uiuens cum plantis, exiſtens cum ceteris creaturis, ideo uingorogũ & Græcis dictus.

34 Eius imperio cuncta animantia aeris, maris, terræ ſubiecta.

35 Quæ ſi hodie rebellant hoc accidit quia ipſe Deo rebellauit.

36 Factus extra paradifo, quod ſcriptura dicit: & in agro Damefceno formatus quod Doctores nonnulli opinantur.

37 Ex loco ubi formatus, Angelorum miniſterio (inſtar Abacuc quem de Iudea in Babyloniam Angelus tulit) ad paradifo tranſlatus ut eũ & coleret & cuſtodiret.

38 In quo beatius uixit beatiffimis regibus huius ſeculi.

39 Factus perfectus etiam quod ad uim generatiuam attinet idcirco enim in paradifo Eua formata, ex qua liberos ſuſciperet.

40 Quæ ex dormientis coſta ſumpta, ut ex uno omne hominum genus eſſet & ut matrimonij uinculũ indiſſolubile oſtenderetur, & deniq; ut ſacramentum Chriſti & Eccleſiæ in figura tegetetur.

41 Ablata coſta dolore non perſenſit ob altum ſomnum, neq; imperfectione factus quod coſta ſeminis loco fuerit.

42 Plures genuiſſe liberos quam Abel, Chain, & Seth, quorum ſcripturano minatum meminit, ex eadem dubium non eſt.

43 Legem in Paradifo accepit, cuius obſeruatione immortalitatem, ut erat conceſſa, retinuiſſet.

44 Quam non per Adam mulier accepit antequam enim lex lata Eua formata.

45 Qui legem ideo factam exiſtimant, ut laboretur homo atq; ita deum peccatũ uoluiſſe ſerpentes ſunt ſimiles ei qui dixit illa legẽ in quacunq; die, latam ne ſicut diſ fierent, quũ potius ea ſeruata deo ſimiles futuri fuerint.

46 Legem ei poſuit cũ ut oſtenderetur dominatrix poteſtas in Deo, tum ut per meritum obedientiæ glorioſius ad mercedem perueniret.

47 Hinc colligimus bona opera meliora dicenda quæ ex Eccleſiæ præcepto fiunt, quam quæ alioquin non præcepta proprio arbitrio ſuſcipias.

48 Vt melius declararetur inobedienciæ uitium, & obedientiæ uirtus, non quod malum erat ſed quod bonum deus prohibuit, propoſito tranſgredienti corporis et animæ ſupplicio capitali.

49 Eius igitur ligni uetitus non quia malus, ſed malus quia uetitus, cum alioquin bonus eſſet.

50 Eccleſia quoq; (quam qui audit, Deum audit) non ſolum mala ſub poenâ peccati mortalis recte prohibet uerum etiam bona, & à Deo creata legitime interdicit, cui non tantum propter iram & poenam publicè, ſed etiam propter conſcientiam ſecreto parendum eſt.

51 Tria arborum genera in Paradifo homini data. Primum ut uiueret, alterũ ut bene uiueret, tertium ut & ſemper.

52 Nature neceſſaria non ſumens de arboribus Paradifi (unde uita ſuſtenta erant) peccaſſet, peccatum etiam & in attingendo ligno uetito, ſimul enim præceptum illud, & uetitum his uerbis. Ex omni ligno Paradifi comedes, de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas.

53 Victus eius poma & omnis fructus arborum, Nam carnes in uſum hominum primum poſt diluuium date.

54 Tertia Arbor qua ſemper uiueret lignum uitæ non tam ſamem & ſtim, ut alij cibi quam ſenectutem pellebat.

55 Peccatum eius ſuperbia, ut Luciferi, eaq; nec ex infirmitate, nec ex malitia aut ignorantia, ſed ex inconsideratione accidit.

56 Se peccatum non præſciuit, quemadmodum nec Angeli ſuum lapſum.

57 Peccaui ſed non eſt ſeductus, teſte Apoſtolo. 1. ad Timoth. 2. Non enim ſerapentis ſermoni credidit ſed Eua complacere uoluit uel certè ſenſus Apoſtoli eſt, non eſt ſeductus prior.

58 Præuaricatione gratiam cum iuſticia originali omnemq; ſpem gloria & ſibi & poſteritati ademitt, mortis factus parens antequam uitæ.

59 Ignorantia intellectui, uoluntati malicia, concupiſcentia inordinata concupiſcibili, iracibili infirmitas ex primo peccato accidit.

60 Liberum arbitrium non ablatum ſed eiſmodi effectum ut difficilius operetur etiam gratia præſente, quam ſtatu innocentie eadem præſente, propter uulnus maliciæ acceptum & rebellionem uirium inferiorum.

61 Cum primæua iuſticia (qua partes ſenſitui appetitus menti obtemperabant) ſpoliatus eſt, tum ſtatim aperti oculi eius, & ex beſtialitatis motibus (qui reciproca inobedienciæ poena ſuere) quod admiſerat intellexit.

62 Ad hos motus tegendos perizonia ſibi fecit & nuditati ob quam prius non erubuerat folijs ficus conſuluit. Sola enim reſtitudo primæua, et quæ in reſurrectione erit, in adultis & mente ſanis pudorem nuditatis depellit.

63 Concupiſcentia hæc & beſtialitatis motus hereditamus.

64 Quæ aliquando peccatum originis dicuntur non quod ſua natura culpæ ſint ſed quia effectus peccati.

65 Nihilominus uerum peccatum eſt originale quod origine contrahimus & non effectus peccati tantum, ut ſcriptura oſtendit & Eccleſia deſinit.

66 Concupiſcentia à natura, inordinatio autem concupiſcentiæ à corruptione, nam ut ruptis uinculis ſeuunt ſeræ, ſic ablatis obicibus iuſticiæ originali concupiſcentia erupit.

67 In Paradifo tantisper permanſit donec uentum ad ueſtes pelliceas quæ in obedientiæ competunt, atq; idcirco in ſupplicio & poenâ latantur (inquit Chriſoſtomus) qui in ueſtibus gloriantur.

68 Poſtquam tranſgreſſionis poenam intellexit Paradifo pellitur, & terræ inculte unde ſumptus reſtituitur, ubi, poſt non gentos triginta ſerè dorum ſatiſfactionisq; annos, moritur.

69 Saluatus autem & remiſſionem peccati (ut liber ſapientiæ oſtendit) è limbo una cum alijs poſteris iuſtis in cælum Chriſto præcedente inuectus eſt.

FINIS.

DE PRIMO HOMINE ADAM ASSER

THOMAS THEOLOGICUS PRÆBICE IN SCHOLA

Thomas Aquinas, Summa Theologiae, Prima Secundae, Questiones 1-40

85

1. Quod homo sit animal rationale...
2. Quod homo sit animal sensitivum...
3. Quod homo sit animal motivum...
4. Quod homo sit animal vivens...
5. Quod homo sit animal corpus...
6. Quod homo sit animal spiritus...
7. Quod homo sit animal immortalis...
8. Quod homo sit animal incorruptibile...
9. Quod homo sit animal indivisibile...
10. Quod homo sit animal unum...
11. Quod homo sit animal simpliciter...
12. Quod homo sit animal simpliciter...
13. Quod homo sit animal simpliciter...
14. Quod homo sit animal simpliciter...
15. Quod homo sit animal simpliciter...
16. Quod homo sit animal simpliciter...
17. Quod homo sit animal simpliciter...
18. Quod homo sit animal simpliciter...
19. Quod homo sit animal simpliciter...
20. Quod homo sit animal simpliciter...
21. Quod homo sit animal simpliciter...
22. Quod homo sit animal simpliciter...
23. Quod homo sit animal simpliciter...
24. Quod homo sit animal simpliciter...
25. Quod homo sit animal simpliciter...
26. Quod homo sit animal simpliciter...
27. Quod homo sit animal simpliciter...
28. Quod homo sit animal simpliciter...
29. Quod homo sit animal simpliciter...
30. Quod homo sit animal simpliciter...
31. Quod homo sit animal simpliciter...
32. Quod homo sit animal simpliciter...
33. Quod homo sit animal simpliciter...
34. Quod homo sit animal simpliciter...
35. Quod homo sit animal simpliciter...
36. Quod homo sit animal simpliciter...
37. Quod homo sit animal simpliciter...
38. Quod homo sit animal simpliciter...
39. Quod homo sit animal simpliciter...
40. Quod homo sit animal simpliciter...

1. Quod homo sit animal rationale...
2. Quod homo sit animal sensitivum...
3. Quod homo sit animal motivum...
4. Quod homo sit animal vivens...
5. Quod homo sit animal corpus...
6. Quod homo sit animal spiritus...
7. Quod homo sit animal immortalis...
8. Quod homo sit animal incorruptibile...
9. Quod homo sit animal indivisibile...
10. Quod homo sit animal unum...
11. Quod homo sit animal simpliciter...
12. Quod homo sit animal simpliciter...
13. Quod homo sit animal simpliciter...
14. Quod homo sit animal simpliciter...
15. Quod homo sit animal simpliciter...
16. Quod homo sit animal simpliciter...
17. Quod homo sit animal simpliciter...
18. Quod homo sit animal simpliciter...
19. Quod homo sit animal simpliciter...
20. Quod homo sit animal simpliciter...
21. Quod homo sit animal simpliciter...
22. Quod homo sit animal simpliciter...
23. Quod homo sit animal simpliciter...
24. Quod homo sit animal simpliciter...
25. Quod homo sit animal simpliciter...
26. Quod homo sit animal simpliciter...
27. Quod homo sit animal simpliciter...
28. Quod homo sit animal simpliciter...
29. Quod homo sit animal simpliciter...
30. Quod homo sit animal simpliciter...
31. Quod homo sit animal simpliciter...
32. Quod homo sit animal simpliciter...
33. Quod homo sit animal simpliciter...
34. Quod homo sit animal simpliciter...
35. Quod homo sit animal simpliciter...
36. Quod homo sit animal simpliciter...
37. Quod homo sit animal simpliciter...
38. Quod homo sit animal simpliciter...
39. Quod homo sit animal simpliciter...
40. Quod homo sit animal simpliciter...